

cipium primum, quorum illud ajunt *Conimbricenses*, in lib. 2. *Phys. Arist. c. 5. q. 1. p. m. 154.* hoc propugnat *Mendoza Phys. Diss. 1. Sect. 1. p. m. 217.* contra *Conimbricenses*, illiq; adstipulatur *Piccolominéus l. 1. Phys. p. 184.* Secundum, An principium ab Aristotele hîc definitum sub se contineat Materiam, Formam & privationem, an formam & privationem tantum. Prius asferunt *Conimbricenses* l. c. & cum his *Toletus*, *Ruvio*, alii: Posterius urget cum *Themistio Piccolominéus*. Tertium An principium hoc sit generationis & constitutionis simul, an verò generationis tantum. Ubi illud iterum affirmant *Conimbricenses* & *Complutenses*; hoc ait, *Zanardus disp. 2. quest. 1. p. 11.* Circa Secundum dissentiunt quammaximè. Terminum enim Ex uno eodemq; modo ubiq; sumi, volunt *Conimbricenses*, *Complutenses*, *Ruvio*, alii; *Diverfo*, *Toletus*. Circa Tertium quærent, an Terminus sunt abstractè, an concretè, an utroq; modo sumendus, & an idem, quod fiunt, an idem, quod constant, an utrumq; significet? Quibus de pugnant inter se *Conimbricenses* & *Mendoza* & utriusq; partis asseclæ. In divisione vindicandâ litigant acriter Interpretes, an illa sit analogi in analogata, quod ex *Alberto*, *Averrhœe*, & *Avicenna* probant *Conimbricenses*; an æquivoci in æquivocata, quod vult *Mendoza*. Sic non minimalis est, quando privatio principium generationis sit? Num ante generationem, an in generatione, an post generationem. Quo de certant iterum *Conimbricenses* & *Mendoza*. Pluribus aliis adducendis ut supersedeamus jam. In probandis tandem hisce principiis toti hoc modo sunt. Unum principium non sufficiens esse dicunt, quia principia ex hypothesi Aristotelis debeant esse contraria. Unum autem sibi ipsi contrarium non est. Ab infinitis abhorrere scientiam. Nec duo sufficere, quia duo contraria se mutuò interimant & nullum contrarium, sibi simile efficiat. Tertium ergò requiri, quod utriusque pugnam suscipiat & subjectum sit duorum principiorum contrariorum. Tandem quærent, an probatio instituen-

B,

da apo